



Universitätsbibliothek Paderborn

Decisiones Practicæ Casuum Conscientiæ Selectorum In Praxi, Et Foro Interno Quotidie Occurrentium, Omnibusque, Præsertim Ecclesiasticis, Qui Sui, Et Aliorum Curam Gerunt, Perutilium, Resolutorum

Pars Altera Decisionum Practicarum Casuum Conscientiæ Selectorum In
Praxi, Et Foro Interno Quotidie Occurrentium, Omnibusque, Præsertim
Ecclesiasticis, Qui Sui, Et Aliorum Curam Gerunt, Perutilium, Resolutorum

Leonardelli, Bonaventura

Augustæ Vindelicorum ; Græcii, 1739

Q. 1. An Bertha in conscientiæ foro obliganda sit ad restitutionem centrum
fl. à Titio cognato ita obtentorum?

urn:nbn:de:hbz:466:1-41144

CASUS XII.

De dote, & pactis dotalitiis.

Berta indotata egit cum Cajo cognato suo, ut mutuò sibi daret 200. fl. quos cum accepisset, adiit Titium alterum cognatum suum, eique ostensis 200. fl. subiecit: ecce hos 200. fl. donaturus sponndit mihi Cajus frater tuus, si & tu centum adjece-
ris, ut honestum mihi oblatum matrimonium consequi possim. Quo audito adpromisit Titius petitos centum florenos, sed cum eos statim solvere non posset, pactum fecit cum ejus sponso Bertoldo, daturum se singulis annis 5. fl. pro censu eousque, donec promissos 100. fl. persolveret. Annuit Bertoldus sponfus, & matrimonium init cum Berta, eo pacto, ut si ipse moreretur improlis, vel si ipse & nascituri liberi ante ipsam è vita excederent, ipsa Berta hæres esset omnium suorum bonorum. Contracto ita matrimonio post annum vix elapsum moritur Bertoldus maritus, relicta post se unicâ filiâ, paulò post Patrem secuta & Bertâ viduâ, quæ etiam post mortem mariti pergit adhuc exigere 5. fl. annuos, quousque Titius Cognatus centum sibi in dotem promissos persolvat.

QUÆR. I. An Berta in conscientie foro obliganda sit ad restitutionem centum fl. à Titio cognato ita obtentorum?

QUÆR. II. An Berta possit tutâ conscientia exigere post mortem mariti, & accipere 5. fl. annuos quoad usque centum fl. promissi persolvantur?

QUÆR. III. An pactum Bertoldi cum Berta fuerit nullum ob inæqualitatem dotis cum contradote?

78 **A**DI. Q. pro pleniore intelligentia notandum est, causam, quæ movet, posse esse extrinsecam, seu impulsivam tantum, vel finalem & Principalem: Causa tantum impulsiva vocatur, quæ movet quidem voluntatem in genere causæ finalis adeò scilicet, ut nisi

nisi ab ea voluntas etiam impellere-
tur, sæpè non vellet, vel etiam
contrarium vellet, non tamen mo-
vet principaliter. Contrà verò
causa propriè finalis ac principalis
est, quæ per se movet voluntatem
tanquam substantialis pars objecti
ejus, atque adeò ex se sufficiens est
ad movendam voluntatem, ut ve-
lit suum actum firmum, & effica-
cem esse, si causa illa seu moti-
vum subsistat, etsi fortasse alia se-
cundaria, & adjuncta non subsi-
stant,

Notandum 2, ex Molina D. 209,
aliud esse, conferentem in ea esse
dispositione, ut si sciret causam,
ob quam confert, non subsistere,
re vera non conferret; aliud verò
esse in ea dispositione, ut si sciret
causam non subsistere, vellet col-
lationem nullam esse. Hoc secun-
dum invalidam reddit gratuitam
collationem; sed primum non sem-
per facit invalidam. Multi quippe
sunt, qui, si scirent causam, à qua
ad conferendum moventur, vel
falsam esse, vel non esse tantam,
quantam existimant, re vera non
conferrent, quod conferunt, &
tamen postquam semel contule-
runt, animum non habent, ut in-
valida sit dispositio: Qualis por-
rò fuerit donantis animus, atque in-
tentio, tum ex quantitate rei datæ,
tum ex affectione, & liberalitate
dantis tum ex aliis circumstantiis
judicandum erit. His præmissis,
ac notatis.

R. ad Q. 1. cum Laym. tr. 4. c. 5. 79
Bertam, nisi aliud aliunde constet
de intentione donantis Titii, à re-
stitutione acceptæ pecuniæ ex-
cusandam esse. Ratio est, quia
licet Titius errore illo impulsus
fuerit ad dandam illam pecuniam
Bertæ in dotem adeò, ut si illa de-
ceptio ei prius innotuisset, minimè
forsan dedisset, attamen videtur ab-
solutè, & simpliciter donasse, ob
sufficientem causam dandi, quam
habuit propriè finalem, & objecti-
vam, videlicet, quia ipse cognatus
est & dives; Berta autem pauper,
& indigens, cujus idcirco indigen-
tiæ succurrere voluit dotem sup-
peditando, ut sic honestum sibi
oblatum matrimonium consequi
posset.

Ad 2. Q. An Berta tutâ consci- 80
entiâ possit exigere, & accipere
5. fl. annuos quousque tota summa
perfolvitur, respondet Cajetan. ne-
gativè 2. 2. q. 78. a. 2. ad sext. Ratio-
nem dat.

1. Quia in cap. Salubriter de usu-
ris id solum permittitur marito,
cui, superstitè dote, incumbit onus
alendæ familiæ; interrogatus enim
ibi Papa Innoc. III. num, qui uxorem
duxit, certa dote sibi à locero con-
stituta, qui pecuniam tunc tempo-
ris non dederat, sed genero qual-
dam possessiones in pignus tradi-
derat, quousque dos esset illi perso-
luta, possit accepti pignoris fructi-
bus gaudere, aut potius eisdem
L 2 de-